

Il vicedomino Arnolfus si presenta al placito presieduto dal vescovo di Pisa Raghinardus e accusa i fratelli Rotprandulus, Aspertulus chierico e Perticausulus di volersi sottrarre alla loro condizione di servi della chiesa vescovile di Santa Maria, la stessa condizione che era stata di Anscausulus, loro defunto padre. Fatta audizione dei testimoni del vicedomino e non potendo i tre fratelli provare né per testimoni né per *cartulam* né per *possessionem* che sono liberi, vengono giudicati servi a vita dal diacono Petrus, dal chierico Fiducia e dallo scabino Dondus, che emettono la sentenza per il collegio giudicante.

Originale.

Archivio Arcivescovile di Pisa, *Diplomatico Arcivescovile*, 11 [A].

Edizioni: Ghignoli, n. 14

+ In Christi nomine. Regnante piissimo domno nostro Carulo viro excellentissimo rege Franchorum et Langubardorum hac patricius Romanor[um] quod Langubardia cepi anno vigesimo secundo et domno nostro Pippino rege Langubardorum filio eius anno regni eius sexto decimo, quinto die intrante mense iunio, indictjone quarta. In Dei nomine dum resedissee Raghinardus² in [Dei] nomine vocatus episcopus sancte ecclesie Pisane civitatis et nos insimul Petrus diaconus, Fiducia clericus, lociposit[i]³ sancte ecclesie huius Pisane civitatis adque et Dondo idem scabino⁴ de Pisa, ubi aderant nobiscum Thoma[s] diaconus, Otus presbiter, Chunifrid presbiter, Roschisi presbiter, Iohannis clericus, Hildipertus subdiaconus, Grimpo clericus, [Sa]nitas notarius, Rachipertu clericus, Petro clericus, Baucherat vassus domni regi, Uuillardo gastaldius, Istabili marepas⁵, Gumpertus filius quondam Ursi, Teodingho, Pertualdo, Amulo, Allo, Gumprando et Uualprando germanis, Grauso clericus, Sulprando, Nandifrid, Lautpertu et alios plures, venerunt ibi ante nos Arnulfus vicedomoi nec non et Rotprandulu, Aspertulu clericus et Perticausulu germanas personas altergatj[i]one habentes. Dicebat Arnulfus vicedomoi contra iam nominatos Rotprandulo, Aspertulu clerico et Perticausulu: “Pro qua rre personas vestras queritis subtrahere de servitjio sancte Marie, quia quondam Anscausulu genitor vestrorum servo fuit sancte Marie domoi episcopalis civitatis Pisana?”. Hac contra respondebat suprascripti Rotprandulus, Aspertulus clericus et Perticausulu: “Non faciat Deus, quod genitor noster servus fuisset sancte Marie nec nos de personas nostras servi esse non devemus, nisi tantum de ipsa casa sancte Marie hic fecimus servitjo pro liveris homenis”. Tunc qui supra Petrus diaconus, Fiducia clericus seo Dondo scabini, pertractantis nos una cum suprascripti auditores, iudicabimus et uuadiam dare fecimus Arnulfus vicedomoi ut consignare per testimonia qualiter Ascausulu pater Rotpranduli, Aspertuli clerici et Perticausuli servus fuisset sancte Marie et ante nos eorum fidiussore posuet. Et dum prefatus Arnulfus ivi presentem testimonia ante nos presentassit et nos eos singulatim et diligenter sub Dei timore inquisivimus, in primis Tjontji dixit: “Iscio Ascausulu pater istorum Rotpranduli, Aspertuli clerici et Perticausuli infra trigintas annos esset servus sancte Marie et quando [R]incualdo battedit ipsum Anscausulu ad parte sancte Marie, pro servo conposuet”. Gumprando filius quondam Gausperti, similiter dixit. Aurulus germanus eius similiter dixit. Audilasci presbitero dixit: “Scio Sicualdo presbitero esse vicedomoi sancte Marie et prindere Ascausulu pater istorum Rotpranduli, Aspertuli clerici et Perticausuli et batebant eum pro servo et infra trigintas annos servo fuit sancte Marie de persona sua”. Post testimonium vero redduto, ipse testimonia unusquisque ips[o]rum germanis per Dei

euuangelia iuratus dixerunt ante nos: “Sicut testimonium rededimus sic fuit certa veritate”. Et insuper Arnulfus vicedomoi ante nos omnes Rotpranduli, Aspertuli clerici et Perticausuli iuratus dixit per sanctam Dei euuangelia, sicut testimonias istas ad parte sancte Marie testimonium reddiderunt sic fuit certa veritate. Post ec interrogabimus nos Petrus diaconus, Fiducia clericus et Dondo scabini iam dictos Rotprandulo, Aspertulo clerico et Perticausulo ut si poterit aduniare libertate sua aut per cartulam aut per testimonia vel possessionem iuxta lege. Quidem ipsi dixerunt quod sua libertate adprovare poterit et taliter ipsi Arnulfi de consignationem uuadium dare fecimus. Tunc ibi presentem Rotprandulo, Aspertulo clerico et Perticausulo post uuadium data manifestaberunt in iudicio ante nos omnes: “quia neque per testimonia neque per cartulam nec per possessionem iuxta lege nulla consignationem, sicut uuadium dedimus, de persone nostre qualiter liveri fuisset, facere non potemus nec libertate nostra aduniare non potemus, quia servi sumus de persone nostre sancte Marie domus episcopalis Pisane civitatis”. Unde nos qui supra Petrus diaconus, Fiducia clericus et Dondo scabini iudicavimus sicut Arnulfus vicedomoi per testimonia consignabit et per sacramentum firmaverunt et secundum ipsorum manifestationem iudicabimus ut Rotprandulo, Aspertulo clerico et Perticausulo omni tempore deservire in casa sancte Marie de personas sua pro servi omnibus diebus vite sue. Et fenita est inter eis causatio. Et hunc notitia iudicati Istapertunotarium scribere ammonuimus. Actum Pisas, per indictionem suprascripta; feliciter.

+ Ego Petrus diaconus in unc iudicatu ad nos factu manus mea subscripsi.

+ Ego Fiducia clericus in hoc iudicato ad nos factum menus mea subscripsi.

Signum + manus Dondi locisservatoris, qui hunc notitia iudicati pariter fieri ammonuet.

+ Ego Thomas daconus in oc iudicio interfui.

+ Ego Otus presbiter in ohc iudicio interfui.

+ Ego Chunifridi presbiter in hoc iudicio interfui.

+ Ego Roschisi presbiter in hoc iudicio interfui.

+ Ego Iohannes clericus filius Alperti in oc iudicium interfui.

+ Ego Sanitas notarius in hoc iudicio interfui et manu mea subscripsi.

+ Ego Ildipertu subdiaconus in oc iudicio interfui.

+ Ego Grimpo clericus in hoc iudiciu interfui.

+ Ego Rachipertus clericus in unc iudici interfuit. Signum + manus Gumperti, filio quondam Ursi in hoc iudicio interfuit.

+ Ego Teudingu in hoc iudicio interfui.

Signum + manus Amuli, filio quondam Pertuinghi, in hoc iudicio interfui.

Signum + manus Alli, filio Alduli, in hoc iudicio interfuit.

+ Ego Grausus clericus, filio Dondi, in oc iudicio interfuit.

+ Ego Petrus clericus, filio quondam Pertuinghi, in oc iudicio interfuit.

+ Ego Sullprandu, filiu quondam Tiusuli, in oc iudiciu interfui.

Signum + Uualprandi, filio quondam Auruli, in hoc iudicio interfui.

+ Ego Staipertu⁶ notarius post rovoratam supplevi.

¹ Su questo placito, Rossetti 1973, p. 226; Bougard, *Justice* p. 125 e Padoa-Schioppa 2015, pp. 127-134.

² Ceccarelli Lemut 2005, p. 11.

³ Bougard 1995, pp. 141-142.

⁴ Prima menzione di uno scabino nei *placita*, Bruyning 1984, p. 133.

⁵ Probabilmente riferito all'ufficio di *Marpahis*, su questo ufficio Loré 2013, p. 17.

⁶ Istapertu è lo stesso notaio che scrisse una *cartula de affiduciato* redatta a Pisa nell'agosto dell'anno 776 (Ghignoli 2006, n. 12, agosto 776), cfr. anche Oulion 2013, p. 530.